



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Breviario Concionatorio, Strenæ, Fidelis Prophetissa Concionibus de B. M. Virgine serviens, Conciones Occurrentes & Funebres

Tylkowski, Wojciech

Oliva, 1686

XI. Beatam dicit Virginem Rex David; quia ab originali culpa libera.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51821](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51821)

Accinuerunt ipsi Ruth Matronæ Bethleemiticæ 4. Ruth. *Benedictus Dominus quod habes qui consoletur animam tuam, & enutrias senectutem.* Quid verò S. Virgo? Noëmi rogat mulieres Bethleem: *Nolite me vocare pulchra, sed Mara, hoc est, Amara, quia me amaritudine replevit.* Omnipotens, egressa est manus Domini contra me. At Virgo sub cruce nonnè amaroris Mare? sed de hoc aliàs egimus copiosè. Noëmi parvulum Obed Ruth 4. *posuit in sinu suo, & nutricis ac gerule fungebatur officio.* Nec aliter Virgo suos clientes, sulcipit manibus, excipit sinu, æterna charitate nutrit.

io. Beatam dicit Virginem Jesse.

Quia est Entis Neptis.

Multùm eminet inter Patriarchas Isai, seu Jesse & Haus Abulensi. Nomen Jesse Hieronymo lib. 11. in Isai. 40. idem quod ens sive existens, & in beatum dicit conceptum Virginis. Isai. 40. *Omnes gentes sic sunt coram eo, quasi non sint, & quasi nihilum & inane reputatae sunt ei.* Quæ verba S. Hieron. de superbia & idololatriæ intelligit. Esther verò peccatorem cap. 14. vocat non ens, cum ait. *Ne tradas sceptrum tuum his qui non sunt.* At Virgo S. Entis Neptis, nullo itaque modo peccatrix. Isai. 11. *Egredietur Virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet, & requiescet super eum Spiritus Domini.* Hieron. lib. 4. in Isai. 11. per Virgam Jesseam S. Virginem, per Florem Messiam vult intelligi. Felix hæc Virgâ & Flore Jesse! Isai. ibid. *In die illa radix Jesse qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur.* Lxx. legunt. *Exsurgat regere gentes, in eum gentes sperabunt.* De radice Jesse ait Propheta Isai. 11. *Erit sepulchrum ejus gloriosum.* Lxx. *Erit requies ejus honor.*

ii. Beatam dicit Virginem Rex David.

Quia ab originali culpa libera.

Et factis & verbis Beatam suam Filiam Mariam David ab antiquo prædicit, & quidem adhuc ipse Juvenis Conceptum ejus maculæ expertem futurum in hunc modum depinxit. Prodiêrat gygas quidam 1. Reg. 17. cum singulis Israelitarum certaturus, hunc David lapillo e funda jacto in capite percussum ad terram dejecit. Gygantis speciem dæmon non semel assumit, sed præcipuè cum teste S. Athanas. in vita S. Anton. M. Antonio se videndum præbuit, qui evolantes in cælum animas detrucebat in imam terram. Vicit illum David, quia ut ait S. August. in Genes. hom. 46. *Puero aliquid Divinitatis inerat. Vicit dæmonem*

X

Virgo

Virgo, & in capite percussit; in originali scilicet peccato vires ejus frangens, quia Virgini Colofs. 2. ille inerat, qui est plenitudo Divinitatis, inerat scilicet per defignationem, quia Matrem sibi futuram præfinivit. Si de quopiam de Virgine S. idem David dixit Psal. 45. *Adjuvabit eam Deus mane diluculo, Deus in medio ejus non commovebitur.* Ait Sacra Historia 1. Reg. 17. *Prevaluit David adversus Philistæum in frons & lapide, cumque gladium non haberet in manu David, cucurrit & stetit super Philistæum, & tulit gladium ejus, & eduxit eum de vagina sua, & interfecit eum præciditque caput ejus.* Lapis quem jecit Virgo erat Daniel: 2. *Lapis de monte sine manibus excissus.* Lapis inquam Petra Christus. *Deus in medio ejus.* Ut grande malum Apostolus memorat Ephesijs 2. *Eratis illo in tempore sine Deo.* Virgo semper erat cum Deo, proinde nunquam cum peccato. Prov. 8. *Nondum erant abyssi, ante omnes colles cum eo erant cuncta componens.* Eccles. 47. *Manus Domini erat cum David, & abstulit opprobrium ex Israel.* Manus Domini erat cum Virgine Cant. 2. *Læva ejus sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Dextera, inquam, amplexabitur. Dextera Domini fecit virtutem, in dextera delectationes usque in finem. Læva sub capite meo, non supra caput originis, sed infra. *Cassian. Collat. lib. 6. c. 10.* In lava scribuntur & conduntur peccata. Deus promisit Davidi Psal. 88. *Ponam in seculum sæculi semes ejus, & thronum ejus sicut dies cæli. Semel juravi in Sancto meo si David mentiar. Thronus Davidis terrestris hoc non est consecutus, consecutus autem Thronus Davidis cælestis, nimirum S. Virgo.* *Gregor. Neoces. serm. 1. de Annunt.* Virgo est Thronus Regalis Sancti Sanctorum, qui omnia sub Deo sanctitate superat. *Isai. 9.* *Multiplacabitur ejus Messia imperium, & pacis non erit finis, super solio David, & super regnum ejus sedebit, ut confirmet illud & corroboret in judicio ac justitia, à modo usque in sempiternum.* *Jerem.* *Ecco dies veniunt dicit Dominus, & suscitabo David germen justum, & regnabit illud & sapiens erit, & faciet judicium & justitiam in terra.* Si Messias Rex in Domo David, & Mater Messia Regina in Domo David, & beatorum Davide, quia quæ dicta de Davide, completa in ejus Filio: Regnum Messia habiturum pacem æternam: quanto verius per Virginem fit pax inter Deum, & peccatores, & quidem ita statim inter Joannem firmat pacem & Deum; ut amplius abrumpi non possit. Nam s. *Tb. 3. p. 9. 27. a. 6.* docet sanctificatis in utero eam dari gratiam, ut non peccent unquam mortaliter.

A justitia regnum Messia commendatur. *Ambros. lib. 2. in Luc. 1.* expenditur cur apud Elizabetham Virgo manserit tribus mensibus, dicit. *Quia Joannes uteretur, & quasi bonus athleta exercebatur.* De eodem Joanne *Chrysost. serm. 90.* Antè pervenit ad cælum quàm tangeret terram, quanta hæc justitia, hoc est sanctitas? *Pulsavit cytharam coram Saule David, spiritus malus ab eo fugit.*

Salvator

Saluavit Virgo Elizabetham & Joannem eripuit de potestate mali Spiritus.

A iudicio Thronus Messie commendatur. *S. Bonav.* Dominus iudex noster in iudicio, Dominus Rex noster nos coronans in cœlo, cum eodem Domina nostra est in iudicio, cum eodem coronat in cœlo. David *2. Reg. 23.* charum in primis habuit Banajam, hunc Secretarium, hunc Principem lateris, seu custodiæ Regiæ fecit. Sed quare? Respondet *Abulen. q. 18.* Quia vir fortis erat & probus. Inter alia, hoc signum fortitudinis refertur; quia *2. Reg. 23.* Virum Ægyptium dignum spectaculo hastâ instructum & armis inuasit, virgam solam habens in manu, suâque illum hastâ interfecit. Quod Davidi Banajas, hoc Deo Patri ejus Filius, de quo *Psal. 44.* *Virga directionis virga regni tui. Psalterium Romanum.* Virga recta est Virga Regni tui. Quæ autem sit hæc Virga *Card. Petrum Damiani serm. de Assumpt.* audi. Virga est Mater Dei, recta in sublimitate conversationis, subtilis in contemplatione Deitatis, odorifera in virtutum opinione, angusta in temporalibus, dilatata sive longa in spiritualibus, per quam retunduntur impetus demoniorum, fiunt signa & mirabilia. Hæc Virga conterit carnales Ægyptios, dirigit spirituales Israelitas, hæc devorat serpentes. Videns David quod complacisset Domino ut arca fœderis in domum suam transferretur, & manu pulsavit organa musica, & vocem in cantum sustulit, & totis viribus coram Domino saltavit, & ut loquitur *Dion. Carthus. in 2. Reg. ar. 10.* Inebriatus lætitiâ spirituali nec coram populo saltare erubuit. Quid iste fecisset si vivam Arcam Domini conspexisset? *Id. ibid.* Saltus iste ac ludus devotionis fuit. De Christo dicit *Archangelus.* Dabit illi Dominus sedem Patris ejus David. Sedes David plena clementia. Motus fuit iustâ irâ contra Absolonem Patricidam, nec eum persecutus exulem, neque in exilio mori permisit, imò passus est se à muliere sapiente Thecuite in Advocatam Absolonis à Joabo subornatam superari. *2. Reg. 14.* Ista figuram Virginis gessit Advocata.

Tribus autem in expugnando corde Davidis usa est Thecuitis argumentis. Primo, dum se tacitè matrem fingit filij in parabola & Davidi machinam Paterni amoris applicat, quem amoris similitudine exaggeravit, vocando se ignem, filium verò scintillam. *Querit, inquit, cognatio extinguere scintillam meam.* Secundum tulum accepit à morte omnium communi. *Omnes inquit morimur, & quasi aqua diluimur, quæ non revertuntur.* Quod argumentum potens, & est hujus sensus. Satis superq; exilij omnem mortalem manet, dum per mortem ab omnibus charis exulat, cur igitur duo exilia filius tuus sustineat? Propera Pater filium restituere, nè mors illum opprimat. Aquæ nivis semel resolutæ ubi terram subière amplius

non comparent, tu morte quando non putas extinctum cupies revocare, & non poteris. Tertium argumentum idque fortissimum intorquet in cor David. Deus retractat & neminem vult perire, neque tibi inglorium erit sententiam retractare, & si Deus neminem vult perire, quomodo tu pateris filium tuum in exilio contabescere? Eadem Virgo allegat Deo. Me Matrem peccatorum constituit te Patrem. Quærunt multi extinguere scintillam meam & tuam. Hortatur in-
Asper Deus Virginem ut loquatur Cant. 8. Que habitas in hortis, amici ascultantur fas me audire vocem tuam. Habitat Virgo in hortis, in quibus sunt arbores contra quas clamatur. Exscindite, ut quid etiam terram occupant? Abigail secunda nondum coronati Regis David uxor, in hunc modum contra Nabalem, nã restuantem Davidem compotuit 1. Reg. 25. *Suscipe benedictionem hanc, & aufer iniquitatem famule tue, malitia in te non inveniatur omnibus diebus vite tue: si enim surrexerit aliquando homo persequens te, & querens animam tuam, erit anima Domini mei cullata quasi in fasciculo videntium apud Dominum Deum tuum, per d̄ inimicorum tuorum eum notabitur quasi in impetu & circulo funde.*

Quid sit esse in fasce docebit nos Itaias c. 24. *Congregabuntur in congregatione unius fascis in lacum, & cludentur ibi in carcere.* In fasce esse est esse in quadam congregatione impiorum; at bonorum est fasciculus. Hos duos fasces Virgo proponit peccatoribus ut eos à malo abducatur. Surget contra te homo persequens, id est Christus Judex. Quamquam plurimæ in Davide virtutes emicuerint, præcipue tamen misericordia psal. 77. David in intellectibus manuum suarum parit & deduxit eos. Habeat alij solum intellectum in capite, sed non in manibus, pulchra cogitant sed non exequentur, pro Davidis manibus testabitur Miphiboleth mensæ Regalis affessor. De Virgine loquitur *Ambr. 2. lib. de Virg.* Quando ista fecidit humilem? quando derisit debilem? quando vitavit inopem? eos solus cœtus vivorum solita invisere, quos misericordia non erubesceret, neque præteriret verecundia. Maxima est gloria Davidis, quod Sauli pepererit; sed quo motus? ipse dicit 1. Reg. 26. *Propitius sit mihi Dominus ne extendam manum in Christum Domini.* Lenticula olei effusa est in Saulem, quâ unctus est, seu factus Christus. *Oleum effusum Maria nomen tuum.* Parcet illi Christus in quo conplexerit guttam istius olei.

12. Beatam dicit Virginem Bethsabec;
 Quia ipsa rebelles contrivit.

Nathan Propheta in hunc modum descripsit Bethsabecem. *Pauper* (2. Reg. 12.)
 nita